

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 4 *

- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennebergeri
 II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
 III. Venie de Christo recens nato Joachimi Flemingi.
 IV. Lessius Cesareus Cyriaci & Herdesiani ^{sup} obitum Rudolfi Imperatoris
 V. Soteria Dr. Johanni Georgio Saxonum Ducis Academie Wittebergensis.
 VI. Votivus applausus Dr. Dr. Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalbini
 suscipienti Friderici Theodore Gorlici.
 VII. Teos quod rursum evocata ad Dr. Augustum Principem Anhaltinum Flemigii causa sua
 vestam iheresum M. Petri a Fera.
 VIII. Epitulam M. Marci Friderici Werdelius
 ad Dr. Augustum Ducem Brunsvicensem.
 IX. Epitulam ad eundem principem Iohannem
 Cremeri.
 Elogia Gregorij Bersmanni Rudolphi Princi-
 pi Anhaltino sponte scripta.
 X. Teos quo uterque Dr. Rudolphi Princeps Anhal-
 tino scripta a Collegis schole Serventare.
 XI. Epicedium in obitum Dr. Rudolphi Princeps An-
 haltini Abrahami Cremeri.
 XII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
 XIV. Euerela Saravontonis et Bionae.
 XV. Gregorij Bersmanni in pontem sublimam
 defrauensem Carmen Iacobius M. Cremeri.
 XVI. Joachimi Flemingi Sicular Scholasticum.
 XVII. Abrahami Vbuci Diagraphe Laboris
 Scholastici.
 XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio
 imposita.
 XIX. Typus Depositionis Scholasticae Fri-
 derici Widebrani.
 XX. Bulla et amuletum M. Blocy.
 XXI. Orationibus Dr. Danielis Bliesardi.
 Dr. Johannis Christophori Hartmanni. Dr.
 Philippi Neudlingeri. Dr. Matthaei Coleri
 Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Gobenii Copperij
 post Magisterij eutum pronunciata.
 XXIII. Exequiae eorum Cerevisie Servente
 ne Daniellis Berckingeri.
 XXIV. Desortatio a Calennijs.
 XXV. Germania ad Principem epistola At:
 Martino Praetorio.
 XXVI. Votum Schole Veraliensis.
 XXVII. Teos quod rursum ad Dr. Johannen Sturium.
 XXVIII. In honorem Magisterij Dr. Johanni Cre-
 meri.
 XXIX. Triginta Feyerum M. Christiani Galli
 Italo-Saxonis.
 XXX. Adamus Forsterius Friderici Stro-
 nis Ernesti Wulstorfii.
 XXXI. Etiam
 XXXII. Juvenum 37. M. Theophilus Careissen
 XXXIII. Iohannis Cremeri.
 XXXIV. In honorem Notariatus Valentin
 ni Gelani.
 XXXV. Strena anagrammatum quadrifida
 Christophori Heroldi.
 XXXVI. In auptias Dr. Wolfgangi Falagi
 4. V. D.
 XXXVII. Ejusdem Iohanni Thilo
 Nicolai Maij.

OS LXIII.

74

Novis Sponsis,

VIRO

Reverendo ac Doctissimo,

DN. M. CHRISTO-

PHORO NETTELBECIO,

Diacono Bernburgensi ad D. Ægidii,
& Pastorii Dröbeliensi,

Nec non

VIRGINI

Leclissimæ, morumq; ac honestatis
laude florentissime

A N N Æ

Viri integerrimi & honestissimi

Dn. GEORGII Schünevogels /

Civis olim Servestani primarii

relictæ Filiæ,

Nuptias Bernburgi A. D. IV. Non. Xbris, Anno

M. DC. XXII. celebrantibus

Offert

CHRISTIANUS REUTHIUS

Bernburgensis, Gymnasii Servestani

Alumnus.

SERVESTÆ

Typis Chalcographicis Zachariæ Dörfferi.

M. DC. XXII.



ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟΣ

Sponsi, Sponsæ & Sponsi Fratris.

SAlve, mi Frater, multo non tempore vise,
Ecquid ergis Frater, frater dulcissime libroſ Sponsi Frat:
Quid sacros volvis, volvis studioque tenaci
Biblia? Quidq; tuo singultus pectorē profers,
Vel clandestini Tibi quid sub corde recursant
Questus pone modum; verbis felicibus aures
Atq; meis adhibens faciles, attentus inaudi;
Salve & tu Frater multum dilecte, bacillum
Qui mihi Mercurii volutris gestare, Minervæ
Atq; tuos lumbos cinglo vincire videris.
Me Venus implicuit laqueis, telisq; Cupido
Cor mihi transfixit lævis, peritusq; perussit.
Heu! quid ego faciam, prorumpito ab òris hiatu;
Frater chare, precor, capiam sic omnia læsus.
Tempora velarint quamvis non Daphnidis umbrâ Sponsi Frat:
Pimpleides, mihi nec Phœbus sua plectra sacrarit,
Attamen incipiam. Quavis ventosior aurâ
Fama susurratur, populos habitare celebres
Amplam Metropolim Scaborum: Juppiter haccè
Contulit ora Viris, tradunt qui dædala pûbi
Munera linguarum triplici sermone tenellæ,
Ecqui pierias Artes, præsente Minervâ,
Urgent; auspicio Domini ingeniiq; sagacis
Qui germe Juvenum pangunt, Rectore volente
Castalidum, donantq; illis uberrima fructus:
Haec habitant Astræa Themisq; sacra, lotare
Juridicosq; Viros ad longa sedilia vectos
Norunt; in meritos fasces illosq; vocare
Suadela gravitas cupiunt, comisq; venustas:
Huicq; vovent sacra Charites Chariteia Tempe.
Ecce sed imprimis Regina Gnidiq; Paphiq;

Hic



His in Acidaliis muris speciosa puellas
Educat egregias, pulcras formatq; ; Dianæ
Os humerosq; pares, similes formamq; Diones.
Volve preces igitur validas ad Numina Divæ
Promtus Amathuntis, comitante Cupidine ; Tædis
Nympham ex hisce tuis cupidis pro jure dicabit.
O veneranda dies, niveis signanda lapillis! Sponsus.
O quid, Frater, ais? vox ô linenda liquore
Cedrino! ducam nunc gaudia blanda per ævum
Omne meum: compescere silentia, jussa capessam;
Hisce Dionæam sobolemq; affabor amicè:
Sponsus ad O Regina potens Cypri! creatrix
Venerem. Nuptorum, genitrix venusta plebis,
Tenax Terrigenumq; copulatrix!
O & præsidium, meumq; Asylon!
Juva Me, cupidumq; non morare
Me longum, stimulat meam medullam
Inoptandus Amor; juva, juva Me.
Torqueri cupio in novam Puellam
Auratos stimulos: mex fibra ardentes
Nimis, cen Tityi jecur renascens.
I fœcunda Venus, jube repente,
O Mater puerum tuum salacem!
O Mater Puerum tuum dicacem!
O Mater puerum tuum minacem?
Jube, inquam, celeres ut is puellæ
In pectus placidæ struat sagittas.
Tunc et ipsa Mihi jocosa Leda
Ponet vincla, premetq; mox catenæ
Me Cupidinea nocentiori.
Post hæc ut dixit, pulcerima Mater amorum
Accurrit subito, subito sic talia fatut,
Venus ad O tristis Paridis faciem rapacem!
Sponsum. O tristis Paridis fatum furorem
In dilectam Helenam tuam Puellam?
Heu! quid de pueri mei sagittis

Blandi



Blandi conquereris? juvare promptus
Est Te nuper amore sauciatum,
Et cordi Antidoton tuo parare.
I tristis, jubeo, moramq; rumpe;
Non est quod dolcas, repelle questus:
Sic & mellifluus meus Cupido,
Sic & blandiloquus meus Cupido,
Sic & veriloquus meus Cupido
Dicit, mandat & imperat, jubetq;
I, nunc, alloquitor modò Puellam
Jucundam thalamo tuo dicatam;
Extemplo elicit tuos per artus
Faces igniferas, sub ima cordis
Extorquetq; Tibi leves sarissas:
Contra tristitiam Tibi malignam
Planè surripiet, dabit benigna
Te Te lætitiaq; delibutum.

Nunc ego sanabor, gaudet nunc peccatus in imo
Corporis abscessu, plaususq; exuberat unda.
Te sequar, ambrosioq; fluentia lætior imbre
Verba sequar, Pueri parvi potiora favisq;
Cecropiis, ibo lætissimus alite fausto
Ad Paphiamq; meam, sic sorte ferente, suaves
Blanditiasq; jocosq; catos jaculabor in istam.

Salve, venusta Virgo,
Virgo venusta salve,
Quid tam diu peruris
Me flammula, volante
Per pectoris recessus?
Quid tam diu medullam
Cor torridumq; reddis?
Extingne tu calores,
Detrude tu dolores,
Quies mei caloris,
Finis mei doloris.
Veni puella pulira:

Sponsus ad
responsio-
nem Venerie.

Sic imperat Cythereis. Spōsus ad
Sic flagitat Cupido, Sponsam.
Sic Gratiae jubentq;
O Virgo gratiosa!
O gratiosa Virgo!
O Virginum corona!
Castæ decus Rebeccae.
Honor pie Susanna,
Clarae nitor Diana,
Pulcra jubar Minerva,
O luxq; pura Leda!
Pergas venire tandem.

Tandem



Tandem venire pergas:
Sic imperat Cythereis,
Sic flagit at Cupido,
Sic Grae^e jubent q₃.
O bella Virginella!
O Virginella bella!
Dairix amationum,
Rectrixq₃ gaudiorum,
Cultrixq₃ dulcitatuum,
Attrixq₃ suavitatum,
Ganymede dante pulcro,
Finxit Tibi capillos
Pulros, tenelliores
Cera, fragrantiores
Thymo, rosis, anethos;
Et quicquid est odorum,
Et quicquid est liquorum
Et quicquid est saporum
In hortulis tenellis.
Deditq₃, Virginella,
Tibi candidos ocellos,
Ocellulosq₃ tales
Auroq₃ chariores,
Gemmisq₃ gratiories,
Nivibusq₃ clariores,
Solis micantiores
Radiisq₃, Phosphoriq₃
Facibus flagrantiores.
Nec abnuit Minerva,
JUNONE sic jubente,
Communicare pulra
Aliquid Tibi, Tibinam
Pinxit genas colore
Smaragdino, colore
Corallino, colore
Nitidoq₃ candidoq₃

Juxta Tibi dicavit,
Volente sic MINERVA,
Labellulumq₃ bellum,
Argenteum labellum,
Eburneum labellum,
Crystallinum labellum,
Roseumq₃ lacteumq₃
Labellulumq₃ bellum.
Quid deinde, Virginella?
Consevit, ecce, obryzo
Plutus tuum verendus
Collum venustulumq₃,
Pectus rotundulumq₃
Tenerumq₃ melleumq₃
Et perpluit coruscis
Donis suis superbus
Pactolus albiantes
Manus tuas, lacertos
Tuosq₃ delicatos.
Quid multa proferam de
Eonis tuis caducis?
En Te beatit almus
Jehova dotibusq₃
Cœlestibus: serenæ
Pietatis entheatæ
Amore, nectarisq₃
Torrente delibata;
Tu cogitas frequenter
Delubra visitare,
Sacrata sempiterno
Deo, Deumq₃ patrem
Summum, poli soliq₃
Salq₃ conditorem
Laudas, colis, celebras.
Veni, veni, puella
Formosa, casta, chara,

A 3 Divesq₃

Divesq; Virginella:
Sic imperat Cythereis,
Sic flagitat Cupido,
Sic postulat Jehova,
Jehova Copulator
Præsesq; nuptiarum
Sic postulat jubetq;
O blandicella Virgo!
O Virgo blandicella!
Hinc unicus studebo
Te plus amare plusq;
Te corde, Teg; totis
Ex viribus necesse est
Vires et ultra amari.
Hinc Te vocabo Sponsam,
Te Sponsulam venustam,
Te Sponsulam novellam,
Te Sponsulam tenellam,
Tencerrimamq; Sponsam,
Pulcerrimamq; Sponsam,
Castissimamq; Sponsam,
Ditissimamq; Sponsam
Vocabo, nominabo:
Vocabo, nominabo,
Meam novam Maritam,
Pulcellulam Maritam,
Tenellulam Maritam,
Amiculam meamq;
Amasiam meamq;
Quid porro? nominabo
Ovicolam meamq;
Meamq; Turcullam
Columbulam meamq;
Subinde milleformem,
Subinde millelinguem,
Subinde blandicellam,

Subinde mollicellam,
Subinde mellicellam,
Bellam decorulamq;
Decorulamq; bellam.
Veni rogata Sponsa,
Veni vocata Sponsa,
Veni citata Sponsa,
Tandem Torumq; promptum
Intra, facesq; mitte
Cremare torrefactum
Pectus meum, retardare
Nec astuantis ignis
Mei amplius furores:
Sic postulat Jehova,
Sic flagitat Themisq;
Junoq; Gratiae,
Sic imperant jubentq;

RESPONSIO

Sponsæ ad Sponsum:
Cessa, novelle Sponse,
Me queritare, cessa
Me prædicare, tandem
Me tot vocare verbis
Novelle Sponse, cessa.
Adsum rogata, Sponse,
Adsum vocata, Sponse,
Adsum citata, Sponse;
Ut imperat Cytherei,
Ut flagitat Cupido,
Ut Gratiae jubentq;
O literate Sponse!
O Sponse literate!
Quem diligunt Sorores
Claria, comante lauro
Cujus comasq; cingunt,
Cujus labella Pindo

Amabili;



Amabili, Camoenis
Doctis sacro, rigantq;
Gratog; cujus imbre
Cor Phocidos perungunt;
Intontinenter almanz
Cujusq; de medullis
Suis alant medullam;
Quem perpetimq; vestie
Peithus decus, decorat
Peithus honorq; quemq;
Inebriat sonore
Clejna liquorē saporiq;
Qui laus honor decusq;
Es Vatisbus disertis;
Honor deciq; lausq;
Apollini Drog;
Avara spesq; plebi;
Nam Spiritus sacrati
Calefactus igne puro,
Juvenesq; Virginesq;
Senesq; Foeminasq;
Amas, foves docesq;
Scientia tenacis
Sapientia capacis,
Prudentia sagaci,
Vigilantia rapaci;
Condita verba cœli
Mannâ vibrasq; in istos
Gestu tenelliori,
Fœcundiore gestu,
Ritu frequentiori,
Festiviore ritu,
Zelo procaciore,
Tenaciore zelo.
Cessa, novelle Sponse,
Me queritare, cessa,

Me prædicare, tardene
Me tot vocare verbis
Novelle Sponse, cessas
Adsum rogata. Sponse,
Adsum vocata, Sponse,
Adsum citata, Sponse,
Ut imperat Cythereis
Ut flagitat Cupido,
Ut Gratia jubentq;
Hinc gratiose Sponse,
Hinc, Sponse gratiose,
Te nominabo Sponsum,
Te Sponsulum novellum,
Te Sponsulum tenellum,
Te Sponsulum bellum,
Doctissimumq; Sponsum,
Diffimumq; Sponsum
Vocabo nominabo,
Vocabo, nominabo
Meum novum Maritum,
Jocosulum Maritum,
Formosulum Maritum,
Et blandulum Maritum;
Et te meum vocabo,
Herum, beatulumq;
Herum, venustulumq;
Herum meum vocabo
En, dum soluta cura,
Immunis & labore,
Errabo per vires
Per hortulos tuosq;
Nectam Tibi coronas,
Sed quas rogas coronas?
Quas sutiles coronas,
Quas pœctiles coronas
De flousulis amomi,

De



De liliisq; pulcris
Rosisq; de rosellis
Bellisq; blandulisq;
Dēin implicabo crines
His floribus tuosq;
Laboribus gravatum,
Sudoribus lavatum.
Doloribus necatum,
Consors tuiq; sola
Te recreabo solum;
Tibi blandiar canendo,
Tibi ad manus volabo,
Meis labella labris
Tangam Tibi, fovebo
Te candido sinuq;
Sinuq; te fovebo,
Vinoq; gratiore,
Mutoq; suaviore
Favog; dulciore:
Facetas et indeq;
Jocos salesq; sumam
Dicens, tua levamen
Vita, tua juvamen
Mordacis atq; curæ;
Tibi me dicabo servam,

Me servulam Tibi
Mellitulam dicabo,
Per scutulam Tibi
Me servulam dicabo,
Tot amq; me dicabo:
Qua sunt mee, tue sunt.
Qua sunt tue, mee sunt.
Cessa, tenelle sponsa,
Me queritare, Cessa
Me tot vocare verbis,
Adsum rogata, sponsa,
Adsum vocata, sponsa,
Adsum citata, sponsa,
Tandem puella vénit,
Tandem Marita vénit,
Tuis dicata Tadis,
Tuo dicata lecto,
Lectoq; consecrata;
Ut imperat Cythereis,
Ut flagitat Cupido,
Ut postulat Deusq;
Deusq; copulator
Præsesq; nuptiarum
Ut postulat jubetq;

Pol benè! procedat, Jovā Duce & auspice Jovā, *Colophonis*
Conjugium nostrum felix; circumvolet alma *grauia Sponsi*
Pax Thalamum nostrum; Concordia mutua nostras *sus adjuvit.*
Ædes paletur, fulcrumq; reciprocus ardor
Sit nostræ curæ, nostri mœstiæ doloris.

Contrà tristis Eris, cui tantum jurgia cordi,
Et Pandora procul, procul atq; recedat Erinnys.
Pol benè! vivamus, Jovā Duce & auspice Jovā,
Nec Nos curemus crudelia Dipsadis unquam.

F I N I S.

Id 4206
8°

ULB Halle
004 167 287

3



f
Sb

+90
SIE. 18 u. 25 nicht in PIKA,
da Hochr.

EO-Bg-

Jul. 01

Ec 14
24. VD 17 Me



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

